Universitätsbibliothek Paderborn

# Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Hospitius conf. S. Jtisberga. V. S. Theopompus M. 21. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1.S. Hoſpitius Conf. Nicienſis in Italiæ Galliæque confinio recluſus catenis ferreis & cilicio, ſoloque pane & aqua ſe affligens quadrageſimam ſanctam ſolis radicibus ſilueſtribus tranſigebat. Hinc illi & Prophetiæ donum & gratia curationũ diuinitus acceſſit ſub Longobardorũ in Italiam aduentum.

2.S. Itisberga V. Filia Pipini Regis ſoror Caroli M. in Arteſia apud Ariã vti ſanctiſſimè vixit, ita miraculis poſt mortem effloruit donec A. 1221. Bergas S. VVinoci tranſlata fuit.

3.S. Theopompus Epiſ. Nicomedienſis Imperante Diocletiano in clibanum ardentem immiſſus, illæſus exiens ſtitit ſe Imp. intra cubile ſuum, & in clibanum rediјt. Illæſus tamen, & quia hæc miracula veneficijs deputabantur poſt alia ſupplicia Capitis ſententia eſt humanis exemptus.

S.Hoſpitius conf. S.Jtisberga.V.
S.Theopompus M. 21.Mai.

Fuga Vanæ gloriæ.

Quicquid hic fauoris captas quod ad Deum non retuleris, ipſi furaris. Bern.

Protegat nos Dne B. Hoſpitius (B. Theopõpus M.B.Itisberga) pro nobis intercedendo, vt & converſationis eius experiamur inſignia & interceſſionis experiamur ſuffragia Per D.N.I. Chr &c.

Ora pro concordia principum, &c